

mathan. almadiam. dultes. godelaus. dulgaz. ca
dor de insulis

Descriptio supdationis ciuitatis troie.
Necante igitur rege priamo cum sorte
sua et omnibus eius filiis circa bella et castri
ipsius obsidionem ad eum illa horribilis fama
peruenit quod eius pater lanmedon a grecis extiterat
interfectus intercepta troia et fuditur diruta occisis nobi
libz et eius sorore exiona in exilio et seruitute deducta.
Quo audito obstupuit priamus in talium relatione
rumorum et premitio dolore factus est anxius et
in continuis lacrimis flebilem vitam trahens queru
lis vocibus anxiosa lamenta prodit et cumu
lat mestuosus et illico omnem dissoluit exercitum
belli finem imposuit obsessi castri castra deseruit et
gressus festinos accelerat versus troiam. Quam ut
vidit funditus sic euersam et in aream conculea
tam sua et suorum irreparabilia dampna prospici
ens multas produxit lacrimas continuando per
triduum dies luctus. Sed demum lacrimarum im
bribus fluuiialibus excolatis amaro corde recepta
quiete post depositos gemitus et lamenta longo
examinato consilio placuit troiam euersam iterum
instaurare. Quam in ea magnitudine et fortitudi
ne fabricare decreuit quod nullos hostiles posset
timere insultus et in suorum offensionem hostium
virtute posset erigi ceruicosa. Hinc est quod questis
vndiqz fabris et pictis in edificandis artibus et
marmoreis celaturis lapidariis et doctissimis ar
chitectis omnis generis marmora natiuis

diuersimode insignita colorib9 mirabiliter coegit in
struere ⁊ sic amotis ruderib9 ⁊ a ruinoso loco purga
tis in quo cōstitit pria troia mirabilis lōgitudinis ⁊
latitudinis sub dei neptuni ciuitatem erexit quā eodē
noīe troiam videlicet censuit appellari. **F**uit autē bu
i9 secunde troie ābitus lōgitudis trium dieruz ⁊ lati
tudinis coequalis. **N**ec ante fū dationez eius aut post
ea nusq̃ legiur condita ciuitas tante magnitudinis
tante pulchritudinis aut similis speciei. **F**uerunt ⁊ enī
fundamēta eius in terre gremio constituta multum p
funda facta fixura ⁊ latitudine speciosa. **I**n terre igit
superficie vsq; ad summū ei9 superedificata sunt me
nia in mirabili cōpositiōe murorum circumquaq; cu
bitorum altitudine ducentorum. **S**uorum supfici
es erat marmoreis incrustata lapidibus in varioruz
diuersitate colorum vt intuetiuz aspectib9 blandirē
tur. **I**n muroruz itaq; ipsorum circūgiratiōe corde
non multuz vna turris distabat ab alia q̃ supra mu
ros eosdem excreſcenti altitudine imiebat. **I**ntroitz at ⁊
exit9 citatis ipsi9 i sex ianuis iſtitut9 quaruz vna dar
danides scda tibreā tertia beleas quarta cbetas quī
ta troiana ⁊ sexta antonorides vocabantur. **S**ueli
bet enī portaz ipsaz bellicos fuerat currib9 firmata
p latera ⁊ in celaturis marmoreaz imaginuz circum
quaq; decorata. q̃z q̃libet amcīs itraī volētib9 pla
cidos pmittebat igress9 ⁊ supbe resistētie q̃buslibet
iimicis duos ⁊ fortes minabat access9. **E**rant etia9
ipsi muri exteriori pre per ābit9 circūq; obscuris
hiatib9 pfūdovallo firmati cui9 valli distanciā iter
se ⁊ muros eosdē lōga plāicies extēdebat. **I**nfra uero

ciuitatem eandem exstructa fuerunt infinita palacia
et in ea infinite domus ciuium formosis edificiis fa-
bricate que ciuitatem eandem ornabant in multarum
latitudine platearū. Pro certo enī afferūt nullā do-
mū nullū hospitīū ī ciuitate troie fuisse cōstructū cuius
illud qđ minori depreſſione extiterat supra terrā sal-
tem erectum in sexaginta cubitorū altitudine nō fu-
iſſet. Totum etiam marmoreis firmatum lapidibus
in mirificis imaginum ferarum et hominū celaturis.
Erant et eius platee longo et recto diſtenſe diametro
in quarum medio diſcoopertus aer vegetabilis auro
re dulces et varios refundebat afflatus. in ipſarū ve-
ro lateribus platearū innumerabiles columnę mar-
moreis arcubus circumuolutis erecte et super ipſorū
edificiis eleuate super quibus sic liber et cotidianus
gradientibus patebat inceſſus. ut nec a ventorum
rabie nec ab imbrium rore celeſti vexarentur gradiē-
tes. Per plateas enī ipſas mechanicarū artiuū loca-
te fuerant pprie ſtationes in quib⁹ earū operarii p-
cerca loca diſtincti cotidianis operibus et uenalibus
artiſciis inſudabant. Hic enim architecti manebāt
hic pictores hic ſtatuarii hic marmorarii hic lectica-
rii manebant hic canicularii hic quadrigari hic liga-
rii hic mularii hic deauratores albi qđ ſtatuas et i-
magineſ in auro pingebant hic argentarii hic decrea-
rii hic calices conficiebant ex vitro hic erarii hic fu-
ſores qđ cāpanas ex metallo fūdiūt hic dignarii qđ ſigil-
la formabāt hic ſartores qđ camiſſas ſuebāt et bracas
hic fuſarii qđ ferro icude fuſos extenuāt muliebres
hic pīcarii hic libratores hic figuli hic aurifices

hic spectarii hic pelliparii hic fullones hic carpentarii
hic tingnarii qui vehicula scilicet rotis volubilibus soci-
abant hic dealbatores armorum hic balthearii seu per-
thalaris qui opus deaurati eris in frenis apponunt
hic classicularii hic fabricenses hic gineciarii qui tex-
tores appellantur hic geometre que iugera rusticarum
terrarum numero diuidebant hic bachi qui pannos li-
neos et laneos in multo colore tingebant hic pistores
hic tabernarii hic cetarii hic arillatores quos merca-
tores vulgariter appellamus hic argiropateri distrac-
tores argenti hic alii plures qui venales artes mecha-
nicas exercebant. Per medium autem ciuitatis ipsius
quidam fluuius xat9 nomine decurrebat qui diuisione
do ciuitatem ipsam in geminas pretequales perhenni
cursu habitantibus in ciuitate ipsa multa comoda
conferebat. Nam constructis iuxta ripam ipsius in
numerabilibus molendinis molendina ipsa ad vitam
habitantium frumenta concussa in farine puluerem
cotidianis vsum conuertebant. Hic etiam fluuius
per meatus artificiose compositos et subterraneas ca-
thartas per latentes ductus aquarum necessaria
fecunditate decurrens ciuitatem ipsam ordinatis in
cursionibus mundabat per quarum lauacrum conges-
te immundicie purgabantur. Ad huius itaque fluminis
instar ordinatus extitit tiber rome qui per mediam
romam erumpens per troianum eneas ad similitudinem
troie factam urbem rome geminas distinxit in par-
tes. In hanc igitur urbem troie totius adiacentis reg-
ni gentes per vrbes alias et loca dispersas colligi pri-
amus et inhabitari decreuit. Quarum multitudine

facta ē nūmīz populosa multis decorata nobilibz ⁊
vndiqz tota plena ex multorū incolatu vario plebe
iorum. **H**uius autem ciuitatis diuersorum ludorum
diuersa genera diuersis in ea adinventionibus statu
erunt. **I**bi primo adinuenta fuerunt schacorum sola
cia curiosa ibi ludi subito irascibiles alearū hic repē
tina dāpna ⁊ lucra momentanea taxillorum **I**bi tra
gedie et comedie dicunt primit⁹ institute Quis qui
dam afferant in īsula sicilie inuentam fuisse primitus
cōediā **I**bi iuēti dicūt ludi circēses ceronēses ⁊ māma
qui primo vīz veris tempore arboribus ī multa frō
de virentibus in prima pubescentibus iuuentute fieri
primo mensis maii consueuerant. **I**bi multorum alio
rum ludorum genera adinuenta fuerunt q̄ consueue
runt hominum demulcere animos ⁊ humanis aspecti
bus solacia delectationis ingerere ad ex hilarandas
tuentium voluptates **S**ed et rex priamus pro sue ba
bitationis hospitio et pprie receptaculo mansionis
in eminentiori loco vrbis ipsius cuiusdam natue ru
pis excelsę magnum ⁊ famosū habitaculū ordinauit

Descriptio nobilis **I**lion.

Iliō firmari cōstituit quod magnum eius palā
cium appellat⁹ ⁊ magne firmitatis hac in rupe
natiua violenter abscisa firmatum extitit inclitum ilī
on ab imo vsqz sursum sperica forma conclusum cui⁹
altitudo summitatis quingentorum passuum attinge
bat preter cacumina turrium ī circuitu suo non mul
ta distantia vicinarum que in multo eadē altitudinē
exceedebāt quarū turriū sūmitates p̄ altitudinē nimia